



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

21. Commendatitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

quicquid exinde facere voluerint, libera-
ram & firmissimam habeant potestatem ad
faciendum. Et si quis.

Paetum divisionis inter fratres.

XVIII. Paetum divisionis inter fra-
tres, id sunt ille & ille, heredes illius &
illius quondam, qualiter se de alode eo-
rum dividere vel exæquare deberent, quod
ita & fecerunt. Per quem accepit vir magni-
ficus ille mansum illum in loco nuncupante illo,
qui est in pago illo, hoc est,
ipse mansus circumcinctus, cum arboribus
& castris, superpositis, terris arabilibus,
& cetera. Simili modo vir magnificus ille
acepit ad opus suum illum mansum in lo-
co nuncupante illo, qui est in pago illo, in centena illa, hoc est, quod superius
diximus, mansus circumcinctus, cum ar-
boribus & castris, superposita, terris arabi-
bus, & cetera, vel quicquid pars con-
tra parem suum per æqualem inter se
diviserunt, absque ulla repetitione vel re-
clamatione hoc habeant, teneant, possi-
deant, vel quicquid exinde facere volue-
rint, libera, in omnibus Christo propitio
in sua permaneat potestate ad faciendum.
Si quis verò.

Venditio ad monasterium.

XIX. Venerabili in Christo patri illi
Abbatu de monasterio qui vocatur sancti
illius, quod est in pago illo super fluvium
illum constructum, emptori, ego in Dei
nomine ille venditor. Constat me non
imaginario jure, nec nullo cogentis im-
perio, sed proprio voluntatis mea arbitrio,
vobis vel ad monasterium vestrum
vendere, quod ita & vendidi vobis à die
presente, rem pro portione mea, in loco
nuncupante illo, quod est infra pagum il-
lum, quod de parte parentum meorum
ad me legibus obvenit, hoc est, tam man-
sis, casis, castris, mancipiis, ingenuis
his nominibus, vel quicquid ibidem pre-
fens est mea dominatio, totum & ad integrum
de jure meo in dominatione vestra
per hanc venditionem tradidi vobis ad pos-
sidendum; & accepi à vobis in pretio ta-
xato, iuxta quod nobis aptificatum vel
conventum fuit, solidos probos atque pen-
fantes numero tantos; ita ut ab die memo-
rata omnia superius nominata, que de me
legibus comparasti, hoc habeatis, tenea-
tis, possideatis tam vos quam & succeſſo-
res vestri, liberumque & firmissimum in
vestra permaneat potestate ad faciendum.
Si quis verò.

Precaria.

XX. In Christo venerabili patri &
Domino illi Abbatu de monasterio sancti
illius, quod est in pago illo super fluvium
illum constructum, ego in Dei nomine
ille. Precator accessi ad vos ut rem pro
portione vestra, in loco nuncupante illo,
qui est in pago illo, quam ego ille ante
hos dies per venditionis titulum dato pre-
tio sancto illi seu vestro monasterio ad-
mavi, hoc est, in ipsa portione mansum
ad commandendum, castris, superpositis,
terris arabilibus, mancipiis, ingenuis his
nominibus, vineis, pratis, filvis, pascuis,
vel quicquid ibidem aspicit vobis delegavimus.
Sed postea taliter vobis supplicavimus,
ut ipsam portionem ad usum benefi-
cium ad excolendum quandiu advivo mihi
præstare vel relaxare deberetis, quod ita
& fecistis. Propterea hanc precariam ma-
nu mea vel bonorum hominum firmatam
vobis exinde emisimus, ut annis singulis
censum denariorum tot ad luminaria sancti
illius & decimam de omnibus fructibus,
quicquid supra ipsam conlaborare potue-
rimus, die illo, quod eveniet festo ipsius
sancti illius, pro hoc vobis dare & adim-
pleri faciam. Et si negligens aut tardus de
ipso censu ad illud placitum apparuero,
fi-
dem exinde vobis legibus faciam, & ipsam
rem dum advivo per vestrum beneficium
tenere & usufruere faciam; in ea verò
ratione ut aliubi ipsas res nec vendere nec
donare nec alienare nec ad alias casas Dei
delegare, nec in naufragium ponere, nec
ad proprium facere, nec hereditibus meis in
alode derelinquere pontificum non ha-
beam ad faciendum, nisi post meum dis-
cessum, unā cum re immeliorata vel super-
posita, quicquid ibidem inventum fuerit,
absque ullius judicis contradictione pars
monasterij vestri ad vestrum faciat revoca-
re dominum. Si quis verò.

Commendatitia de re vendita.

XXI. In Christo filio Ecclesiæ illi, in
Dei nomine ille Abbas de monasterio illo
sancti illius, quod est in pago illo, unā
cum consensu fratrum nostrorum. Dum
& tua fuit petitio & nostra decrevit voluntas
ut duas partes darem pro portione no-
stra in loco nuncupante illo, qui est in pa-
go illo, quem tu ipse ante hos dies per ven-
ditionis titulum dato pretio de thefauro
sancti illius nobis vendidisti; sed postea
taliter nobis supplicasti ut ipsius portio-
nis duas partes in prædicto loco illo ad
usum beneficium ad excolendum, quan-

I iij

diu advivis, tibi præstare deberemus. quod ita & fecimus. Propterera hanc commendatitiam manu nostra firmatam tibi pro hoc dedimus, ut annis singulis censum tantum & illam decimam de omni fructu, quicquid supra ipsam terram conlaborare potueris, die illo, quod eveniet festo sancti illius, pro hoc dare debeas. Et si negligens aut tardus ad id placitum de ipso certe fueris, fidem exinde pro hoc nobis facias, & ipsam rem ad viventem tuum per nostrum beneficium teneas, in ea tamen ratione ut ipsam rem aliubi nec vendere nec donare nec alienare nec ad alias casas Dei delegare, nec ad proprium facire, nec hereditibus tuis in alio derelinqueret, nec in naufragium ponere, potestate non habeas ad faciendum, nisi post tuum discessum, una cum ipsa re immeliorata vel superposita, quicquid ibidem inventum fuerit, sine ullius judicis configuratione pars monasterij nostri eligitato ordine praefataliter ipsam rem immelioratam in nostrum faciat revocare dominum, & haec commendatitia firma sit. Facta commendatitia in ipso monasterio sancti illius publiciter in anno duodecimo regni.

Indiculus precatorius ad Episcopum.

XII. Domino sancto & apostolica fede colendo in Christo venerabili Domino & patri illi Pontifici urbis illius, civitatis illius, ego in Dei nomine ille, bene cupiens vester, in Domino vobis dirigimus salutem, & precarum sanctitatem vestrarum ut pro nobis orare dignemini. Denique cognoscatis quod iste homo vester, nomine illo, ad nos confugium fecit, & dixit quod contra vos culpas habeat commissas. Propterera has litteras cum salutatione ad vos direximus, & precarum sanctitatem vobis ut vitam & immancationem & disciplinam corporalem ei concedere jubeatis, aliam pœnitentiam, quemlibet ei volueritis judicare, in vestra est potestate. qualiter ipse homo secum gaudeat quod nostram suggestionem ad vos deportasset, & unde nobis reconiungitis vobis remerire cupimus. Quid plura?

Indiculus quem Prepositus transmittit ad Abbatem.

XIII. Diligendo ad nos Domino & in Christo patri nostro venerabili illi Abbatem, ego ille serviens atque Prepositus vester. In primis illud precarum sanctitatem vestrarum, ut in vestra sancta oratione pro me esse non dignemini. Denique, Domne, cognoscatis de isto servitio ubi

nos transmisstis, per verbum inlustris viri illius Comitis, sibi juniores non exinde fecerunt quomodo eis fuit demandatum. Propterera has litteras ad vos direximus, ut de ipso certiores sitis, & inantea quomodo vobis est utile sic compensetis ut nostram rem non perdamus. Quid plura? Salutamus vos ulque ad gaudium.

Indiculus quem Abbas transmittit ad hominem pagensem.

XIV. Dulcissimo nostro & ut credimus amico sancti illius in Dei nomine illi, ille eti peccator Abba, nos & nostri, servientes vestri, in Domino vobis dirigimus salutes, & illud precarum Deum ut merearis agere in ista vita quod Deo sit benepacitum. Precarum vos de illis vestris homuncirculus qui in vestro ministerio commandant, vel de nostris causis invicem nostrum bonum certamen exinde mittatis, sicut nos de vestra caritate bene confidimus, ut sic exinde perportare faciatis usque nos insimul conjungimus. Quid plura?

Indiculus quem Episcopus transmittit ad Abbatem.

XV. Sanctorum meritis beatificato Domino arque patri, Deique cultore, & ut confidimus vero amico nostro illi gratia Dei Abbatem, nos enim in Dei nomine ille quavis peccator donum Dei Episcopus, Deus scit, vester in omnibus propriis amicis, imprimis salutationem. *Defant relqua.* *Cautio de infraclavis.*

XVI. Contigit quod cellarium vel spicarium vestrum infregi, & exinde annam vel aliam raupam in solidos tantos furavi. Dum & vos & advocatus vester exinde ante illum Comitem interpellare fecistis, & ego hanc causam nullatenus potui denegare, sic ab ipsis Racimburiis fuit judicatum, ut per vvadium meum eam contra vos componere atque satisfacere debeam, hoc est, solidos tantos vel *. Sed dum ipsos solidos minimè habui unde transsolvere debeam, sic mihi artificavit, ut brachium in collum posui, & per communem capitum mei coram presentibus hominibus tradere feci, in ea ratione ut interim quod ipsos solidos vestros reddere potero, & servitum vestrum & operam qualemcumque vos vel juniores vestri injunxit, facere & adimplere debeam, & si exinde negligens vel jaclitus apparuerit, spondeo me contra vos ut talem disciplinam supra dorlum meum facere jubeatis quam super reliquos servos vestros,